

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 9457

**Auteur(s)** : Hugues d'Amiens, Rouen (archevêque)

**Bénéficiaire(s)** : Richard de Beaufou, Avranches (évêque)

**Genre d'acte** : lettre

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : [1134-1153]

**Action juridique** : notification

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Lettre adressée à l'évêque d'Avranches Richard (soit Richard de Beaufou, 1134-1142 ; soit Richard de Subligny, 1142/1143-1153), le priant de prendre les moines de l'abbaye de Savigny sous sa protection, ainsi que leurs biens.

## Tableau de la tradition

### Copies manuscrites

C. Caen, Musée des Beaux-Arts, coll. Mancel, 298, fol. 1150, n° XXVI. Copie du XIXe siècle

D. Paris, BnF, n. a. lat. 1022, fol. 491, n° 556. Copie du XIXe siècle

### Éditions principales

b. Waldman Thomas G., *Hugh 'of Amiens', Archbishop of Rouen (1130-1164)*, PhD Thesis, Oxford, Faculty of Modern History, 1970, 648 p. (dactyl.), Appendix : The Acta of Hugh 'of Amiens', n° 160.

## Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, diversis episcopatus, n° XXVI)

Date : 1134-1142 ou 1142/1143-1153.

Texte d'après C, D

Hugo, Dei gratia, Rothomagensis archiepiscopus karissimis filiis suis Ricardo episcopo, decano, archidiaconis, et capitulo Abrincensis ecclesie salutem, gratiam et benedictionem. Sicut fidelium Christianorum in his que ad Christum et ecclesiam precipue devotionem declaratum cum in eis consulendis et manutenendis sollicitum prebent obsequium ; ita priorum hominum nequicia demonstratur cum ea que haberent defendere lege perversa presumunt rapere, et quod ad honorem et utilitatem ecclesie deberent servare, in direptionem et rapinam presumunt ducere. Auribus fidem (sic) nostris insonuit quod in episcopatu vestro quidam adeo perverse mentis homines habentur qui nec Deum timent, nec sancte ecclesie ullam deferunt reverentiam, sed religiosam domum Savigneii et fratres in ea commorantes, et res ad eos pertinentes gravius persequuntur atque infestant. Super quibus habita cum fratribus nostris diligenti deliberatione, decernimus et auctoritate Domini Pape et nostra precipimus ut tam ipsi quam homines vel res aut quicquid ad eos pertinere dinoscitur sub manu et protectione sancte Dei ecclesie et nostra consistant, sed omnia eis salvo et integre conserventur, et illesa permaneant. Verum tamen illi qui eis forisfecerint aut hominibus vel rebus eorum dampnum seu iniuriam intulerint, si a vobis prius commoniti, emendare cum satisfactione congrua quod male adversus eos commiserant contempserint, excommunicentur ; nec prius ad penitentiam admittantur donec omnia eis cum satisfactione per integrum restituantur ; ceterum si

aliquem malefactorum suorum, antequam sit eis reconciliatus, mori contigerit, non prius corpus eius sepulture tradatur, quam ipsis plene restituatur quod + defunctus habuisse de suo cognoscetur. Eos vero qui contra domum Savignei contumeliose surrexerint sub hac sententia duximus choercendos (sic) nisi, ut premissum est, male acta cum satisfactione congrua emendare curaverint. Cunctis autem eidem loco reverentiam deferentibus vel iusta servantibus sit pax Domini nostri Ihesu Christi. Amen.